

A. M. Slomšek

LAETUS COLLIS — VESELI HRIBČEK

En collem coëmam seramque vites,
Invito socios bibamque vinum
Ipse; supra ibi post casam stat alma
Palmes plena racemis, sustinens vix.
Iam grillus canit et dormire non quit,
Nempe uvas legier iubet, legemus
Has rursus; strepitant equi vehementes
Enixe, quoniam merum suave est
Admodum et micat helvum sicut aurum.
Ut decet, generosum hoc combibamus!

SENTENTIAE

Non est is felix, qui multum possidet ipse;
Cui paucis opus est, ille beatus adest.

Non est infelix, licet omnia cetera perdat,
In cuius nam animo spes bona vivit adhuc.

Non illic habitant et perstant gaudia vera,
Si non pax ea dant ac pia iustitia.

Hoc bene cognoscas: est gloria virgo pudica,
Noli instare illi, deinde comes tibi erit!

Est tibi septem annos una in regione manendum,
Noscere si recte et perbene vis homines.

AENIGMA

Igne super sum tosta levi, contrita deinde
Ac tam subtilis fundor aqua domitum;

Esse nigram me scis coctam gustuque libenti
Me delectaris — notane sum tibi? Dic!

Ljubljana.

vertit: *S. Kopriva.*